Itemì Legatum Missę unius in cantu celebrandę ad Altare, et die festo B. V. sub titulo Conceptionis cum interventu septem Sacerdotum, numeratis ad hunc effectum Venli Parocho librâ unâ, solidis quindecim, Sacerdotibus solidis quindecim, Clericis solidis quinque, idque juxtà mentem præfati Rdi Diamantis de Cruce receptum ut suprà. Capellanus titularis expensas agit.

Legatum duarum Missarum singulis hebdomadis celebrand: in Altari S. Margaritę de jurepatronatus Nob: Familię de Terzaghis. Communitas Gorlę Majoris expensas agit quotannis solvendo libras centum.

Legatum Missę unius in cantu celebrandę in Altari, et die festo S. Margaritę, relictum à nunc qm Dno Carolo de Terzaghis, quod adimplementum curat Dnus Alexander de Terzaghis, solvendo quotannis libras decem. Hę duo Legata recepta fuerunt per Dnum Carolum Cavanagum publicum Notarium Mediolani.

Legatum Missarum quindecim in singulos annos celebrand: juxtà mentem Petri Antonij Rochi, et Io: Baptę Fratrum de Turconibus.

Legatum Missarum duodecim singulis annis celebrand: in Altari B. V. juxtà mentem Lucretię Monetę. Tenetur ad id oneris Venlis Parochus per

tempora, uti possessor petię terrę perticarum 4. tali Le=
=gato affectę.

Legatum librarum triginta, quas Dnus Alexander Terzagus solvit quotannis die quinto Iulij ad effectu, ut detur benedictio Ssmi Sacramenti singulis diebus de pręcepto festis totius anni. Earum librę duode=
=cim Venli Parocho numerantur, reliquum verò Ecclesię.

Legatum duorum annualium cum interventu quatuor Sacerdotum, et sola celebratione Parochi institutum à Ioanne Cartabia, ut liquet ex pu=
=blicis tabulis receptis per Dnum Paulum Puster=
=lam die 8. Augusti anno 1528. Bona hoc Legato affecta sunt duo cubilia sita intrà ędes Parochiales; Undè Parochus uti eorum possessor tenetur ut suprà.

Legatum unius Officij quotannis celebrandi ad ratam fructuum, relictum à nunc qm Dno Ioanne Bapta Fariolo, ut liquet ex Instrumento recepto per Dnum Iacobum Pusterlam die 20. Aprilis 1688. Huic Legato obligantur fructus Vineę sitę in Territorio Fa=
=gnani appellatę il Paradiso; Onus autem illud adim=
=plendi est penès Parochum per tempora.

Legatum unius Officij annui die quinto Novem=
=bris celebrandi cum interventu octo Sacerdotum jux=
=tà dispositionem Rdi Caroli Brambillę olim Parochi

Gorlę majoris. Dnus Gaspar Terzagus uti possessor uni:
:us Sediminis Domus sitę in loco Gorlę majoris hoc le:
:gato affectę curat adimpleri mentem Testatoris solven:
:do quotannis Venli Parocho libras sex, singulis Sacer:
:dotibus libram unam, solidos decem.

Legatum librarum duarum, et septuaginta solvend.
puellę cum nubit, quę sit ex uno agricolarum benefi:
:cij missę quotidianę relictę ab eodem testatore. Rdo Paro:
:cho de Cruce, de quo suprà; quod si puella desit in his
agricolis, solvantur alteri ex agricolis paroch:, quod si
neque in his reperiatur, solvantur indistinctè uni
puellę ex agricolis Gorlę majoris.

Qm Dna Francisca Fariola legavit Missas centum
in singulos annos, supposuitque summam capitalem
librarum 2500. fęnori datam Dno Petro Antonio de
Cruce, ut liquet ex publicis tabulis receptis per Dnum
Bernardinum Ferrarium Anno 1734.

Legatum unius Officij cum interventu duodecim
Sacerdotum computato Parocho celebrandi quotannis
die 17. Aprilis in suffragium animę Rdi Dni Francisci
Farrioli, ut patet ex ejus testamento recepto per D.
Franciscum Saccum loci Saroni die 17. Junij Anno
1727. Expensas agit Titularis Beneficij Missę quoti:
:dianę

Legatum Officij unius in perpetuum quotannis

celebrandi juxtà mentem Ambrosij Pelia receptam per Dnum Jacobum Terzagum Anno 1604. die 17. Maij. Hoc Legatum non adimpletur.

De Redditibus Ecclesię certis, et incertis.

Ecclesia hęc Parochialis Gorlę majoris pacificè possidet infrascripta bona, quę Ventij Parochus modernus breviori, quam par est, compendio sic describit; videlicet

In Territorio Gorlę majoris plures petias terrę partim campi, partim vineę constituentes summam perticarum septem et octoginta. Ex his perticę 32. locatę sunt Ambrosio Monetę, pertic: 26. Paschali Monti; pertic: 29. Angelo Bombaglio.

In Territorio Castani petiam terrę perticarum 3. Item petiam terrę pertic: 2. Item petiam aliam terrę pertic: 2.

In Territorio Buscati petiam terrę pertic: 25. Item petiam terrę pertic: 12.

In Territorio Gorlę minoris petiam terrę perticarum 18.

In Territorio Gorlę majoris petiam terrę pertic: 3.

Item ex annuo libello, ad quod tenetur maurus Bisonius loci Buscati, percipit hęc Ecclesia libras septem, solidos decem. Redditus autem incerti constituunt quotannis summam librarum biscentum circiter. Administrantur hęc bona per Venlem Parochum, qui in presenti repertus est debitor librarum 3. Solid: 12. denar: 9.

De
Eleemosynis, quę pro Defunctis colliguntur.

Hujusmodi eleemosynę, quę quotannis verosimiliter constituunt Summam librarum biscentum, piè insumuntur in celebratione missarum. Rdus Parochus earum modernus Administrator repertus est debitor librarum 27. solid: 8. denar: 6.

De
Redditibus Beneficij Parolis

Venlis Parochus Gorlę Majoris pacificè possidet plures petias terrę, quę simul sumptę constituunt Summam perticarum quatuor suprà biscentum. Item ex veteri consuetudine (neque enim aliud extat documentum) jus habet ad primitias in Territorio Gorlę majoris exigendas, quę quotannis constituunt sex

circiter modios; cujus autem generis sint hi fructus, isti modij; Parochus hic ommittit.

Redditus extraordinarij constituunt verisimiliter quotannis libras centum quinquaginta. Nullo autem onere gravatur hic Parochus preter ea, quę supra diximus de legatis.

De Codicibus Parochialibus.

In uno, eodemque Codice describuntur Baptizati, Confirmati, Matrimonio juncti, et Defuncti; formula tamen ea describendi tradita in Congregatione Vicariorum Foran: 1748. non servatur ad unguem.

Liber status animarum singulis annis diligenter conficitur. Libri ejusmodi accurate custodiuntur in domo Parochiali.

De Schola Doctrinę Christianę, et Confraternitatibus.

Preter Confraternitatem Doctrinę Christianę in hac Ecclesia Parochiali canonice erectam, cujus ad exercitium incolę omnes hujus vicinię singulis

diebus festis totius anni diligenter conveniunt, uber=
=rimos fructus divina juvante gratia, et opera Venlis
Parochi indè reportantes, instituta etiam fuit Con=
=fraternitas SSmi Sacramenti; Item Societas alia,
sub titulo mortis, et Orationis; Item Societas Stę
Crucis. Omnes, et singulę canonicè erectę, ut li=
=quet ex documentis exhibitis.

De
Parocho.

Parochus modernus est Rdus Joseph Sangallus na=
=tus Arluni anno 1702. die 17. Aprilis, provisus
de hoc Beneficio Parochiali Anno 1743. habitat in
ędibus parochialibus; missam applicat pro Populo
singulis diebus festis, ut apparet ex Ephemeride.
intrà missam Parochialem diebus festis evangelium
explicat; horâ pręscriptâ Doctrinam Christianam
docet, ac demum vitam vivit irreprehensibilem, et
maximè laudabilem.

De
Populo.

Incolę hujus Paręcię sunt num: 677. ex his 492.
eucharistico pane nutriuntur. Omnes ad christiana
instituta eruditi, uberes in via domini progressus